AUTHOR:

RICHTER, GUSTAVUS

TITLE:

DE CANTICO QUADAM
OEDIPI SENECAE

PLACE:

S.L.

DATE:

S.N.

Master Negative #

91-80084-20

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG91-B45413          Acquisitions     NYCG-PT
Record 1 of 0 - Record added today
+
  ID:NYCG91-B45413    RTYP:a    ST:p    FRN:      MS:        EL:        AD:04-30-91
  CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?   MOD:     SNR:       ATC:        UD:04-30-91
  CP:nyu     L:lat     INT:?   GPC:?   BIO:?    FIC:?      CON:???
  PC:r      PD:1991/           REP:?   CPI:?    FSI:?      ILC:????  MEI:?   II:?
  MMD:      OR:    POL:     DM:     RR:         COL:       EML:      GEN:   BSE:
  040      NNC‡cNNC
  100 10   Richter, Gustavus.
  245 10   De cantico quodam Oedipi Senecae‡h[microform].
  300      557-580 p.
  LDG      ORIG
  QD       04-30-91
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 7-1-93 INITIALS M.G.Y.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE

CANTICO QVODAM

OEDIPI SENECAE

AD GENVINAM FORMAM

REVOCANDO

SCRIPSIT

GVSTAVVS RICHTER.

Oedipi uersus 402—508 (ed. Gronou. a. 1662).

Huius carminis quo Bacchi laudes chorus persequitur in optimo et antiquissimo codice florentino laurentiano (plut. XXXVII 13) saec. XI uel XII conscripto haec est species[1]):

Effuſam redimite comam nutante corymbo
mollia nyſeiſ armatuſ braçchia thyrſiſ
lucidum caeli decuſ huc adeſ uotiſ
quae tibi nobileſ
thebae bacchę tuae
palmiſ ſupplicibuſ ferunt
huc aduerte fauenſ uirgineum caput
uultu ſydereo diſcute nubila
et triſteſ herebi minaſ
auidumque fatum
decet cingi comam floribuſ uerniſ
te caput tyria cohibere mitra
hederaue . . mollem[2])
bacifera religare frontem
ſpargere effuſoſ ſine lege crineſ
rurſuſ adducto renouare nodo
qualiſ iratam metuenſ nouercam
creueraſ falſoſ imitatuſ artuſ

1 efuſam G conceã micante corimbo g cor͂ibo G 2 armati R 10—14, G g armatae '*omnes emendatiores libri*' Dn. Heinsius tirſiſ g 3 o lucidum R 12 ade R 12 addeſ G 4 nobileſ tibi R 12 5 bacche *om.* R 10—13 bache G 8 ſyderio R 12 ſydero R 11 diſcute caput nubila g 9 et *om.* G heribi R 13 10 pauidumque R 13 11 te decet G g R 10. 11. 13. 14 te | decet uerniſ floribuſ cingi coma R 12 ('te' *ex corr.*) 12 tyriã R 11 choibere R 13 13 hedreaue g 14 bachifera R 11. 12. 13 G baccifera R 10 g bacchifera R 14 15 effeſſoſ G 16 aducto R 12. 13 educto G reuocare G g R 10—14

[1]) Collationem debeo Hermanni Peteri amicitiae, qui proximo anno dum Florentiae degit uarias lectiones ex hoc codice in meum usum excerpsit. — Infra textum florentini uarias lectiones pono aliquot codicum uolgarium saec. XIV et XV conscriptorum, quo quid inter hos et illum intercedat discriminis statim intellegatur. Signa haec erunt: R 10. 11. 12. 13. 14 codd. Vratislauienses bybliothecae Rehdigeranae, quorum lectiones Rudolfus Peiper mihi misit, G g codd. Gothani a me collati.

[2]) post 'hederaue' duae uel tres litterae erasae.

crine flauenti fimulata uirgo
lutea ueftem retinente zona
inde tam mollef placuere cultuf
et finuf laxi fluuidumque fyrma
uidit aurato refidere curru
uefte cum longa regeref leonef
omnif aeoae plaga uefte[3] terrae
qui bibit gangem niueumque quifquif
frangit araxen
te fenior turpi fequitur filenuf afello
turgida pampineif redimituf tempora fertif
incipit fol. LXXXXIII
condita lafciui deducunt orgia myftae
te baffaridum[4]) comitata cohorf
nunc eden ope depulfauit
fola pangaei nunethreicio
uertice pindi nunc cadmeaf
inter matref impia maenaf
comef ogigiouenit iaccho
nebride facra praecincta latuf
tibi commote pectoramatref
fudere comam tyrfumque leuem
uibrante manu iam poft lacertof
pentheof artuf thyadef oeftro
membra remiffae uelut ignotum
uidere nefas HEROIC·
ponti regna tenet nitidi matertera bacchi
nereidumque chorif cadmeia cingitur ino
iuf habet influctuf magni puer aduena ponti

19 fl(a)uenti R 12 faluenti G fi multata G 20 luctea R 12 luthea R 11 çonã R 13 21 unde G g 22 lapfi R 12. 13 lapxi G fluidumque *codd.* 25 ecee g 26 s. vidit *manu rec. add. in* R 13 que *om.* G g 27 araxem G g 28 fillenus G g *In* R 14 *desunt uersus 29—70* '*In ms. Colon. et aliis nonnullis ab hoc uersu* (*i. e. 29*) *usque ad 472* (Sensere terrae) *hiatus est*' Commelinus 30 laxiui g l' lafciue R 12 *in marg.* dedunt R 13 mifte G g mixte R 10. 12 himmifte R 11 *in ras.* 31 bafaridum R 12. 13. 11 (baf. a *in ras.* 11) l' thebaydum R 12 *in marg.* choors G 32 edon pede pulfant G edon ope depulfãt g edon ope depulfauit R 10 eadẽ ope dep. R 12 33 fola pindi nunc cadmeaf | nunc trahitio uertite pindi G pangnei R 13 traicio R 10. 11 treicio g 34 pingi g 36 come g ogigio G g (*corr. ex* egigio G) hyaco R 12 g hyacco R 11 hiaco R 10 hiacho R 13 yacho G 37 precinta G p̃cinta R 10. 13 lacuf g 39 thirfumque g 40 lacerof *codd.* 41 oftro R 10—13 tiadef oftro G g 42 membra R 10—14 G g remiffa R 10—13 ueld' *in ras.* R 11 membra — nefaf | R 10. 11 G g 44 fontif R 10—13 G g maccera R 13 bahi R 13 bachi R 10. 11. 12 45 cadmea R 10—13 yno G R 12 inos R 13 (s *rec. manu add.*) 46 magi R 10 puer *om.* R 11 *sed in marg. adscr.* 47 n̄c R 13 nunc G palemom R 12 pelemon R 13 48 tyrena R 11. 12 tirrhena R 10 tiria R 13 tirrena G g 49 tumidum R 10—14 G 50 cerulea R 12 cerule g partif R 13 51 neruo G 53 garula R 10—12 G garulla R 13 54 ramuf G g heteraf R 13 (t *in* d *corr. rec. manu*) 55 charchefia R 13 carthefia g 56 ydeuf g plora flemuit G 57 tigrif R 10—14 G pupe G gangeticha G 58 tũc R 12 phreto G 61 illufumque R 13 illifumque R 10. 11. 12. 14 G g cohit R 11 g coyt G 63 fluctuf G R 11 fructũ R 13 64 lucticha G 65 te fequitur R 10. 12. 13 G g tunc feq. R 11 curruf g curuif R 11 fugentia G 66 patoluf R 12 patholuf R 10 patulof G pactoluf g ueffit G uexit te *cett.* liuiduf G lidiuf g 68 lafciuit R 11 uictof laxauit g gencafque g fagitaf R 12 fagiptif G *hunc uersum (68) om. ed. Aldina* 69 lathe G lactea *cett.* macfagetef R 13 mafagetef R 12 maffagetae — mifcent R 10. 11 mafagiathef G qua R 10 (*om.* 'pocula' *quod infra add. interpres*) mifcẽt G 70 regna fecurigeri R 10—14 g regna feptigeri G bachum g fenfere (re *manu 2*) R 12 lygurgi R 10—13 ligurgi G 71 cedacum R 11. 13 zedacum R 10 g zodacum G 72—74 *lectio uolgata*: et quos uicinus boreas ferit | arua mutantes (mictantef g) quasque maeotis | alluit (aluit R 11 G abluit R 12. 13 g) gentes frigido fluctu | quafque despectat (difpectat R 13) uertice summo. |

[3]) correxit prima manus.
[4]) 'ar' in rasura.

cognatuf bacchi numen non uile palemon
te tyrrena puer rapuit manuf
et timidum nereuf pofuit mare
caerula cum pratif mutat freta
hinc uerno platanuf folio uiret
et phoebo lauruf carum nemuf
garrula per ramof auif obftrepit
uiuacef hederaf remuf tenet
fumma ligat uitif carchefia
idaeuf prora fremuit leo
tygrif puppe fedet gangetica
tum pirata freto pauiduf natat
et noua demerfof facief habet
brachia prima cadunt praedonibuf
inlifumque utero pectuf coit
paruula dependet lateri manuf
et dorfo fluctum curuo fubit
lunata fcindit cauda mare HEROIC·
et fequitur curuuf fugientia carbafa delphin
diuite pactolof uexitte lydiuf unda
aurea torrenti deducenf flumina ripa
laxauit uictof arcuf geticafque fagittaf
lacta maffagetef qui pocula fanguine mifcet
regnafecuri geri bacchum fenfere ligurgi
fenfere terrae zalacum ferocef
et quof uicinuf boreaf ferit — alluit gentef[5])
rigido fluctu — arua mutantef / quafque maeotif / frigido fluctu
quafque defpectat uertice fummo

[5]) uerba 'alluit gentef — frigido fluctu' adscr. a manu sec. in marg.

fiduf arcadium
geminumque plauftrum
ille difperfof domuit gelonof
arma detraxit trucibuf puellif
ore deiecto petiere terram
thermodontiacae cateruae
pofitifque tandem leuibuf fagittif
menidaef factae
facer cytheron fanguine undauit
ophioniaque caede
proetidef filuaf petiere et argof
prefente bacchum coluit nouerca
naxofae geo redimita ponto
tradidit thalamif
relictam uirginem meliore penfanf
damnum marito
pumice ex ficco fluxit
nycteleuf latex
garruli gramen fecuere riui
conbibit dulcef humuf alia fucof
incipit fol. LXXXXIIII
niueique lactef candidof fontef
et mixta odorolefbia cum thymo
ducitur magno noua nupta caelo
folemne phoebuf carmen
infufif humero capillif
cantat et geminuf cupido
concutit taedaf
telum depofuit iuppiter ignemm

75 fyduf archadiũ g archadium R 10—14 76 paluftrum G 77 gelonef R 13. 14 79 trame G 80 termodouciate cathene g termodũciade R 12 termoucidoate R 11 termodontiace grauef caterne G 81 pofitif R 10. 11 fagitif R 12 fagiptif R 14 82 mitef funt factae *omnes codd.* 83 fã guinẽ R 14 in undauit G 84 ophyoniaque G ophionaque R 13 ophionaq3 R 11 85 precides g prefidef R 11. 14 prendef R 13 peciere g agrof *omnes codd.* 86 prefentẽ G bachum R 10. 12. 13 G g 87 nafos R 12 egro g egeo *cett.* redimitta R 11 88 talamif G 89 uirginem relictam *omnes codd.* 90 dampna R 13. 14 G g damna *cett.* 91 pumice ex ficco fluxit nictellinf (nicteli[9] G) latex | G g nictelinf R 10. 14 niteleinf R 11 mitileinf R 12 metele[9] R 13 93 garuli R 10—14 fienere R 13 uiri riui R 12 94 combibit *omnes codd.* humof R 12 alta fucof G g R 10. 11. 13. 14 95 latuf G lacuf g R 10. 11. 12. 14 96 odoro *omnes codd.* lebia R 12 lefnia R 13 tymo G 97 nupta mailo celo R 12 98 folenne R 10 folemne R 11 folẽpne R 13 G follẽne R 14 pebuf R 13 carmen canit *omnes codd.* 99 capilif R 12 100—101 *uolgata lectio:* concinit (concidit g conentit R 14 concinat R 13) tedas (thedaf g) geminus cupido 102 igneum iupiter R 11 iupiter G g

oditque baccho ueniente fulmen — HEROICOS VERSVS
lucida dum current annofi fidera mundi
occeanuf claufum dum fluctibuf ambiet orbem
lunaque demiffof dum plena recolliget ignef
dum matutinof praedicet lucifer ortuf
altaque caeruleum dum nerea nefciet arctof
candida formonfi uenerabimur ora lyaei.[6])

103 quodque R 10 G g qd'q3 R 14 conditq3 R 12 condidit *ed. Ald.* bacho R 12. 13 flumen G 104 curent R 12 fydera g mondi G 105 oceanuf G R 10—14 106 d'miffof R 13 dimiffof *cett.* recoligit R 13 recoliget G 108 terra nefciet artof G nefcit R 13 arthof R 10. 12. 13. 14 *in* R 11 c *a m. sec. supra add.* 109 formofi *omnes codd.* liei G

Totum carmen apparet diuisum esse in partes quattuor interiectis inter singulas hexametris dactylicis. Horum numerus certa quadam ratione constat. Exordium enim cantici duobus continetur hexametris, prima pars ab altera seiuncta est tribus, quattuor altera a tertia, seni positi sunt ultimo et paenultimo loco. Sed cum primo secundo tertio loco duobus tribus quattuor hexametris collocatis quarto quinque expectemus, sex ultimo, aegre ferimus uiolatam aequabilitatem. Quare ultimum illorum sex quos inter tertiam et quartam partem interiectos legimus, iure suspectum habemus. Complectitur autem tertiam cantici partem uersibus alcmanicis compositam narratio de Baccho a praedonibus rapto, cuius hic est finis:

lunata scindit cauda mare
et sequitur curuus fugientia carbasa delphin.

Hexametris quinque sequentibus alia res tractatur. Iam altera orta est offensio. Continuatur eadem sententia diuersis metris, quod cum nullo modo ferendum sit, locum apparet turbatum esse. Et lenissima praesto est medela. Hexameter enim ille male conflatus est e tetrametro dactylico et adonio, quibus restitutis et sententia finitur fine carminis alcmanici et euadit iustus quinque hexametrorum numerus:

lunata scindit cauda mare
et sequitur curuus fugientia
carbasa delphin.
Diuite Pactolus uexit te lydius unda e. q. s.

Sed, ut statim quae de hac cantici parte dicenda sunt absoluamus, cauendum est, ne XVIII illos tetrametros sex ternorum uersuum strophis discribendos putemus.[7]) Obstat una res non nullius momenti. Strophis

[6]) Editiones non numquam peiorem praebent scripturam florentino, emendatiorem rarissime. Sublata sunt, ut minutissima transeam, eius uitia his locis: u. 16 renouare — reuocare 32 nunc edon ope depulsauit — nunc edoni pede pulsauit 40 lacertos — laceros 82 menidaes — Maenades.

[7]) De canticorum compositione strophica disputauere A. Goebel Z. f. G. W. 1862 p. 737 seqq., Peiper ibid. 1864 p. 247 seqq. 328 sqq., ego Rh. Mus. XVIIII **p. 360 sqq. 521 sqq.**

enim illa ratione constitutis in tertia et quarta coniunguntur quae coniungi nullo modo possunt, quae cohaerent artissime diuelluntur:

> Viuaces hederas remus tenet
> summa ligat uitis carchesia.
> Idaeus prora fremuit leo,
>
> Tigris puppe sedet gangetica.
> Tum pirata freto pauidus natat
> et noua demersos facies habet.

Quorum uersuum antepaenultimus spectat ad commutationem nauis, de qua ante agitur, a paenultimo altera pars cantici incipit, qua piratarum metamorphosis tractatur. Cum uero in strophis constituendis anxie semper cautum sit a poeta, ne umquam enuntiati finis a fine strophae seiungeretur, uersu illo 'Tigris — gangetica' finiri, ab sequente incipi stropham uerum est. Sententiarum autem interuallis eam docemur esse carminis rationem, ut tribus strophis binorum uersuum binae circumdatae sint ternorum:

$$3 \mid 3\ \underbrace{2 + 2} \mid 2\ \underbrace{3 + 3} + \text{adon.}$$

Hanc igitur habes cantici effigiem:

> a Te tyrrhena puer rapuit manus,
> *at* Nereus timidum posuit mare,
> caerula cum pratis mutat freta.
>
> a Hinc uerno platanus folio uiret
> et Phoebo laurus carum nemus,
> garrula per ramos auis obstrepit.
>
> b Viuaces hederas remus tenet,
> summa ligat uitis carchesia.
>
> b Idaeus prora fremuit leo,
> tigris puppe sedet gangetica.
>
> b Tum pirata freto pauidus natat
> et noua demersos facies habet:
>
> a Bracchia prima cadunt praedonibus,
> paruula dependet lateri manus
> inlisumque utero pectus coit;
>
> a Et dorso fluctum curuo subit,
> lunata scindit cauda mare
> et sequitur curuus fugientia
> carbasa delphin.

'at' posui u. 2 pro 'et' cum Swoboda. Idem auctor est transpositionis uersuum in paenultima stropha. Denique 'pandus' uidetur scribendum esse in ultimo tetrametro pro 'curuus', quod male repetitum est ex antecedentibus. Poterant multa excogitari, cum loco deiecta, non deprauata sit pristina uox, uelut 'ludens' 'lusu' 'cursu' similia, sed cf. Ouid. met. III 680, quem ante oculos habuit poeta: 'truncoque *repandus* in undas corpore desiluit.'[8]) Carmen simili ratione compositum legitur Herc. 875 sqq. (glycon.):

$$\underbrace{3\ \ 2\ \ 2}\qquad \underbrace{3\ \ 2\ \ 2}\qquad \underbrace{2\ \ 2\ \ 2}.$$

Sed redeamus ad initium. Primi autem uersus hi sunt:

> Effusam redimite comam nutante corymbo
> mollia nysaeis armatus bracchia thyrsis
> lucidum caeli decus
> huc ades e. q. s.

secundum florentinum, qui si ueram praebet scripturam, necesse est hexametri cum sequentibus cohaerentes ad deum referantur. Quod quominus nobis persuadeamus duae prohibent res. Nam ut nominatiuo casu 'armatus' pro uocatiuo uti potuisse largiamur poetam, at offendimus et in sententia per duo diuersa metra continuata et in uerbis 'effusam redimite comam' non quadrantibus eis quae paulo post (u. 11) de eodem Baccho dicuntur 'te decet cingi comam floribus uernis.' Quare eis facile obsequemur codicibus qui habent 'armatae' uel 'armate', unde orta est scriptura 'armati', nam sic principium carminis aptissima tenet mulierum thebanarum adhortatio:

> Effusam redimite comam nutante corymbo
> mollia nysaeis armat*ae* bracchia thyrsis.

Sequitur inuocatio Bacchi, quam mancam et turbatam legi in libris manu scriptis et impressis metrum docet omni ratione destitutum. Sed missis in praesens quinque primis uersibus, ad quos redibimus constituto certo quodam de tota hac carminis parte iudicio, statim sequentia consideremus. Ac primum aliquid omissum esse intellegimus ante uerba 'auidumque fatum', nam fatum *discuti* non posse apparet. Quod cum uidit Swoboda (Senecas tragoedien nebst den fragmenten der übrigen römischen tragiker übersetzt und mit einleitungen versehen von W. A. Swoboda. Wien 1828—30; ad emendandum Oedipi canticum non nulla contulit uol. III p. 193—196), quamquam haud inepte ultimum uersum sic uoluit complere:

> et tristes Erebi minas
> *patria pellas* auidumque fatum,

non tamen eum uerum assecutum esse crediderim. Nam et propter antecedentes imperatiuos 'ades' 'aduerte' 'discute' ultimo quoque loco imperatiuus potius expectatur quam iussiuus et tripodiam logaoedicam

[8]) et apud eundem trist. III 43 *pandi delphines.*

ultimum uersum fuisse, non sapphicum, strophae cuiusdam suadet comparatio quae est in Phaedra (1128):

Admota aetheriis culmina sedibus
euros excipiunt, excipiunt notos,
  insani Boreae minas
  imbriferumque Corum.

Cuius ad formam accedimus restituto simplici *pelle* imperatino:

Huc aduerte fauens uirgineum caput,
uultu sidereo discute nubila
  et tristes Erebi minas
  pelle auidumque fatum.

Inde a u. 15 duodecim legimus sapphicos hendecasyllabos et adonium in fine positum, quibus praemissa sunt haece:

te [9]) decet cingi comam floribus uernis
te caput tyria cohibere mitra
hederaue mollem
bacifera religare frontem.

Horum alter est sapphicus, sed uitio deformatus. Nam cum neque anapaestum admiserit poeta ante caesuram spondei loco — pauca quae obiciuntur huius licentiae exempla corrupta sunt — neque synizesin in uocabulo graeco [10]) (L. Mueller de r. m. p. 261), uocem 'tyria' deprauatam esse ex uocabulo spondiaco inde consequitur. Fortasse scribendum: 'te caput *picta* cohibere mitra', secundum Ouid. met. XIV 654 'ille etiam *picta* redimitus tempora *mitra.*' — Praeter hunc unum integrum sapphicorum agnoscimus particulas. Monetur autem Bacchus ut comam floribus cingat uel hedera frontem religet, caput mitra cohibeat. Nam hic est iustus sententiarum ordo, quem uiolatum intellegimus interposito uersu 12 inter 11 et 13 arte inter se conexos. Quare scribendum:

te decet cingi comam
floribus uernis hederaue mollem
bacifera religare frontem.

Quid uero? Euadit alter sapphicus restituto uero ordine. Iam restat dimeter trochaicus catalecticus et tetrapodia logaoedica, quos uersus inter ueros sapphicos locum habuisse nemo credet. Nihil dubium: illi quoque ad sapphicorum numeros reuocandi. Et in his 'te decet cingi comam' ueri simile est suppositam esse 'comam' interceptae clausulae loco et scripsisse poetam uel *nitidos* uel *madidos capillos* uel simile quid. Sic Ouidius met.

[9]) Pronomen in flor. omissum ceteris codicibus haberi indicauimus supra.

[10]) Non piget fateri falsa me protulisse inmixta ueris Rh. Mus. l. c. p. 360. In uocabulis graecis nulla ferenda est synizesis; neque tamen e spondei solutione explicanda sunt exempla quae attuli, sed corrigenda potius.

V 53 'et *madidos* murra currum crinale *capillos.*' a. am. I 37 'ergo amor et modicum circa mea tempora uinum Mecum est et *madidis* lapsa corona *comis.*' Et Gregorius Corrarius poeta italus in tragoedia 'Progue' cantico ad hoc Oedipi expresso:

hedera uirenti ornare iuuat *madidos capillos.*

Iam uero quid pro corrupta uoce 'bacifera' substituamus, nihil melius uisum felici hoc Peiperi [11]) inuento:

baccare et festo religare frontem.

cf. Verg. ecl. VII 27 '*bacchare frontem* cingite'; IV 9 'errantes *hederas* passim cum *bacchare*'. His uersibus restitutis ortum est carmen XVI sapphicorum, quod strophis discriptum esse ostendunt sententiarum interualla:

6 6 4 + ad. (= stropha, antistropha, epodos).

Totam hanc carminis partem legitimis uersibus et strophica ratione compositam esse uidimus praeter illos uersus in principio positos, quos iam tamquam certo quodam fundamento nixi et ipsos iustos fuisse et stropham effecisse nostro iure statuemus. Primi autem duo uersus cum sapphicum numerum prodant, tertius et quartus asclepiadei efficiant hemistichia inuerso ordine collocata, glyconeus sit ultimus, hanc ueri simile est pristinam fuisse strophae formam:

  Lucidum caeli decus — ⏑ — ⏑
  huc ades uotis ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
Thebae Bacche tuae quae tibi nobiles
  palmis supplicibus ferunt,

quam exempli caussa sic complemus:

  Lucidum caeli decus *o Lyaee*,
  huc ades uotis *precibusque mitis*,
Thebae Bacche tuae quae tibi nobiles
  palmis supplicibus ferunt.

Stropham consimilem — non enim adquienit formis horatianis — composuisse uidetur poeta tertio Oedipi cantico, nisi quod sapphicorum uicem ibi alcaici tenent:

  Vt primum *iniqui* notus Agenoris
  fessus per orbem furta sequi Iouis
sub nostra pauidus constitit arbore
  praedonem uenerans *deum*,

ubi 'iniqui' scripsi primo uersu e coniectura pro 'magni' adiectiuo metro repugnanti, ut iniquitatem patris qua in Cadmum filium usus est repre-

[11]) Rudolfus Peiper proximo anno a me certior factus per litteras quid sentirem de genuina forma huius et similium Oedipi et Agamemnonis canticorum, se iam anno 1862 in eandem incidisse opinionem me docuit et quantum ad discribenda et emendanda illa carmina ad id tempus contulerat mecum communicauit.

hendere putetur chorus; et 'deum' ultimo uersu loco inepti pronominis 'suum'. Cadmum autem Iouem sororis praedonem ueneranteni habemus apud Ouidium met. II 28 'sacra Ioui facturus erat' e. q. s.

Sequitur pars anapaestica strophis sic constituenda [12]):

a Te Bassaridum comitata cohors
nunc edoni pede pulsauit
sola Pangaei, nunc threicio
uertice Pindi;

a Nunc cadmeas inter matres
impia maenas comes ogygio
uenit Iaccho, nebride sacra
praecincta latus.

b Tibi commotae pectora matres
fudere comam thyrsumque leuem
uibrante manu.

b Iam post laceros Pentheos artus
thyades oestro membra remisso
uelut ignotum uidere nefas.

Omnes difficultates auctae et quasi cumulatae sunt in quarta cantici parte, cui quae genuina forma fuerit propter grauissimas et numerorum et uerborum corruptelas uix indagari potest. Quam quaestionem iam instituturis ante omnia quo modo res in hoc carmine tractatas poeta disposuerit uidendum. — Facile autem partes discernuntur duae. Nam quae a u. 71—86 de uictoriis et triumphis dei narrantur et de poenis ab impiis quibusdam hominibus repetitis, uelut a Pentheo rege in Cithaerone a bacchante matre discerpto, a Proetidibus propter impietatem amentia et furore affectis, ea spectant omnia ad inuictam illam et terribilem dei uirtutem ac potentiam, qua et gentes suo imperio aduersantes prosternit, et si qui homines impietate et pertinacia eum laeserunt, debito eos persequitur supplicio. Contra parte altera misericors et benignum Bacchi ingenium cognoscimus, ubi eius nuptiae describuntur cum Ariadna a Theseo derelicta Naxi celebratae. — Sed nullo pacto nobis persuademus poetam, cuius eloquentiam et ubertatem ubique miramur, in hoc carmine tanta breuitate et obscuritate usum esse, ut perspicuam rerum enarrationem, iustum uerborum et enuntiatorum nexum et iuncturam multis locis prorsus neglegeret. Nam, ut exemplum afferam, quis putabit poenas a Pentheo datas his absolui potuisse uerbis:

[12]) Carminum anapaesticorum compositionem primus perspexit Peiperus, qui accurata et hiatuum et syllabarum ancipitum obseruatione hoc metrum et ipsum apud Senecam condendis strophis inseruire intellexit. Quem cum proximo tempore hanc quaestionem absoluturum et publici iuris facturum esse sciam, strophicam huius carminis formam indicasse satis habui.

Sacer Cithaeron sanguine undauit
ophioniaque caede,

et furorem Proeti filiabus immissum hisce:

Proetides siluas petiere,

ut neque sceleris neque amentiae earum ulla facta sit mentio? Sed grauissime suspitionem augent res metricae quam maxime turbatae.

Codices et editiones fere triginta uersus praebent partim integros partim mutilatos, nulla omnino ratione inter se conexos. Sed tamen ita res habet, ut accuratius consideranti quin sapphicus in hoc carmine quasi regnet numerus dubium esse non possit. Nam primum nouem reperiuntur sapphici integri:

77 ille dispersos domuit Gelonos
78 arma detraxit trucibus puellis
79 ore deiecto petiere terram
85 Proetides siluas petiere et Argos
87 Naxos aegaeo redimita ponto
93 garruli gramen seruere riui
94 combibit dulces humus alta sucos
96 ducitur magno noua nupta caelo
75. 76 sidus arcadium geminumque plaustrum

ubi *arcadium* tribus syllabis pronuntiare cum non liceat (cf. p. 564), leni mutatione uel *arcticum sidus* scribi poterit, uel *Arcadum*, quod amplexus est Peiperus obs. in Sen. trag. (Vrat. 1863) p. 7.

His accedunt non nulli rectiore uersuum discriptione uel facili mutatione facta et ipsi in sapphicorum formam redigendi:

99 cantat infusis humero capillis
100 concutit taedas geminus cupido
103 odit et (codd. oditque) Baccho ueniente fulmen.

Porro aliquot uersus extant sapphicos numeros aperte prae se ferentes sed pede aliquo destituti:

80 — ⏑ thermodontiacae cateruae,

ubi quam editiones habent omnes uocem 'graues' ante 'cateruae', ea codicibus plerisque deest,

84 — ⏑ — ophioniaque caede:

nam caesura his uersibus uiolata excusationem habet a nominibus propriis. Spondeus uidetur omissus esse in his:

88 tradidit — — thalamis relictam
89 uirginem — — meliore pensans,

quod sententiae defectu confirmari post uidebimus. Praeterea agnoscimus sapphicorum hemistichia. Partem quae est ante caesuram hi praebent uersiculi:

72 arua mutantes
quasque Maeotis } in marg. flor.
adluit gentes
74 quasque despectat
82 Maenades factae
83 sanguine undauit
91 pumice ex sicco
95 candidos fontes

posteriorem hice:

71 zalacum feroces
81 positisque tandem
ib. leuibus sagittis
86 coluit nouerca
89 meliore pensans
95 niueique lactis.

His accedit adonius

74 uertice summo.[13]

Restant perpauci uersus a sapphico metro alieni, quos cum sine ulla ratione meris sapphicis sint inmixti, e talibus corruptos esse omnem habet probabilitatem.

Totum igitur carmen sapphicum fuisse postquam intelleximus, qua ratione poeta composuerit non perspiciemus nisi ceteris carminibus sapphicis in comparationem uocatis. Haec autem omnia et strophicam ostendunt formam et nullos uersus continent nisi integros et ad seuerissimam normam expolitos. Sed magnum intercedit discrimen inter Senecae strophas et eas quas antea poetae composuerunt. Nam cum Alcaeus Sappho Catullus Horatius Statius alii ea adquiessent forma quae pentapodia logaoedica euadit ter repetita et adonio finitur, ille ampliora petens neque intra quaternorum uersuum fines se continuit et adonio non numquam strophas uoluit carere.

Praeterea hoc quoque memoria dignum, quod eam sibi scripsit et seuerissime tenuit normam, ne umquam nisi sententia finita finiret stropham. Adonio autem ita usus est, ut aut omnibus strophis imponeret, aut ultimae tantummodo, aut primae et ultimae. Nec desunt carmina hoc uersu omnino destituta.

Ad primum genus pertinet canticum quod est Medeae u. 580 sqq. ex

[13]) Solis his decurtatis uersiculis hoc de quo agimus carmen et cetera id genus Oedipi et Agamemnonis composita esse L. Muellerus sibi persuasit (cf. de r. m. p. 120 sqq., ubi 'cantica ista suae integritati restituta' adscripsit ille). Quae opinio spero fore ut tota hac disputatione refutata habeatur.

septem constans quinorum uersuum strophis, quibus idem numerus nouenorum impositus est, singulis adonio clausis[14]):

5 5 5 5 5 5 5 9 9 9 9 9 9 9.

Deinde Troadum u. 818 sqq., ubi quinque undenorum uersuum strophas restituendas esse luculentissime Peiperus docuit (obs. p. 10 sqq.). Tertium id genus carmen (Oed. 110 sqq.) quattuor fuit stropharum hac ratione sese excipientium: 14 10 14 10 (cf. Peiperi obs. p. 19. Rh. Mus. 376—378). — Prima stropha et ultima habent adonium duobus canticis. Troadum u. 1012 sqq.: 8 + ad. 8 8 8 8. 8 + ad. Hoc enim carmen sic traditum est in codicibus, ut prima stropha integra relicta sit cum adonio, deinde post octauum quemque uersum sententia finiatur, ultimo tamen loco sex sapphici legantur, unde duos sapphicos cum adonio interceptos esse optimo iure coniciamus licet (cf. Z. f. G. W. p. 329. Rh. Mus. p. 375). Deinde Phaedrae u. 736 sqq.: 4 + ad. 4 4. 4 + ad. (de ultima stropha cf. Z. f. G. W. p. 329). Adonius deest Phaedrae cantico u. 275 sqq., quod eiectis aliquot uersibus interpolatis hanc formam prodit:

4 4 8 8 8 8 4 4 (cf. Rh. Mus. p. 373. Aliter strophas discribendas censuit Peiperus Z. f. G. W. p. 330 sq.)

Paulo obscurior est ratio horum carminum: Thy. 546 sqq. Herc. 830 sqq. Herc. II 1519 sqq., quorum duo prorsus carent adonio, tertium in fine tantum habet positum. Ostendunt strophas et maioris et minoris ambitus, non tamen sine certa quadam aequabilitatis lege discriptas.

Quae cum ita sint, uia ac ratione procedentibus in eo de quo nunc agitur carmine relliquias agnoscendas esse stropharum sapphicarum necessario statuendum est. Iam uero ad singula adgressurus non puto me uituperatum iri, si ab eis strophis initium capio disserendi, ubi lacunas esse re ipsa doceamur, ut ab eis quae certa sunt uel ueri similia transitum parem ad difficiliora et dubitationi magis obnoxia. Quare primum eam tractamus partem ubi nuptiarum descriptio est dei cum Ariadna Naxi celebratarum.[15]) Ac primos tres uersus duce florentino sic apparet discribendos esse:

Naxos aegaeo redimita ponto
tradidit — — thalamis relictam
uirginem — — meliore pensans.

Duo uocabula spondiaca intercidisse docet sententia, flagitans eius mentionem cuius tradita sit uirgo thalamis, qui cum Bacchus fuerit, uix dubium est quin eius nomen restituendum sit: cf. Ouid. fast. III 461 'iam bene periuro mutabat coniuge Bacchum.' Neque facilius ea care-

[14]) Corruptelae qua strophae paenultimae finis obscuratur mederi studuerunt L. Muellerus de r. m. p. 119, Peiperus obs. p. 9, Z. f. G. W. p. 329, ego Rh. Mus. p. 375.

[15]) Cf. Welckeri 'Dionysos und Ariadne' griech. Götterlehre II p. 589—597.

mus notione qua quae fuerit uirgo illa a deo in matrimonium ducta indicetur, quam aptissime exprimi adiectiuo *cressam* addito Peiperus intellexit. Sequitur secundum uolgatam scripturam adonius 'damna marito', ita ut hic strophae finis esse uideatur. Sed cauendum est ne fallaci ueritatis specie eludamur. Recepto enim illo stropha euadit quaternorum uersuum, cum ceteras omnes probabile sit maioris ambitus fuisse. Et codex florentinus, quod emendationis iure habetur fundamentum, 'damnum' exhibet, unde uerba 'damnum marito' putari possunt uersus sapphici relliquiae, uelut huius: '*coniugis* damnum *profugi* marito.'

Proximi uersus hi sunt:

pumice ex sicco fluxit
nycteleus latex,

grauissima numerorum corruptela foedati. Verba quae sunt 'pumice ex sicco' prius efficiunt membrum uersus sapphici, cui alterum addere licet ex Euripide, a quo huius strophae materiam poeta mutuatus est. Ille uero in Bacchis u. 704 sq.:

θύρcον δέ τιc λαβοῦc' ἔπαιcεν εἰc πέτραν,
ὅθεν δροcώδηc ὕδατοc ἐκπηδᾷ νοτίc,

unde uersum sic complemus:

pumice ex sicco *feriente thyrso*,

proximi uero hanc conicio fuisse formam:

Nycteli *iussu* lat*ices* flu*ebant*

(cf. Ou. met. IV 15 'Nycteliusque Eleleusque parens et Iacchus et Euan', id. a. am. I 567), quae emendatio magis temeraria fortasse uidebitur quam re uera est: nam ubi uocum 'nycteli iussu' ultimae euanuere litterae, consentaneum est pluralem numerum 'latices fluebant' facillime abire potuisse in singularem. Incorruptos deinde duos sapphicos:

garruli gramen secuere riui
conbibit dulces humus alta sucos

secuntur hemistichia:

niueique lactis
candidos fontes

quorum alterius priorem partem intercidisse facili negotio demonstrari potest. Munera enim Bacchi semper commemorantur uinum lac mella, uelut apud Horatium c. II 19, 9:

fas peruicaces est mihi Thyiadas
uinique fontem lactis et uberes
cantare riuos atque truncis
lapsa cauis iterare mella,

et apud Euripidem Bacch. 142:

ῥεῖ δὲ γάλακτι πέδον, ῥεῖ δ' οἴνῳ, ῥεῖ δὲ μελιccᾶν
νέκταρι,

et loco supra allato:

ἄλλη δὲ νάρθηκ' εἰc πέδον καθῆκε γῆc
καὶ τῇδε κρήνην ἐξανῆκ' οἴνου θεόc·
ὅcαιc δὲ λευκοῦ πώματοc πόθοc παρῆν,
ἀκροῖcι δακτύλοιcι διαμῶcαι χθόνα
γάλακτοc ἑcμοὺc εἶχον· ἐκ δὲ κιccίνων
θύρcων γλυκεῖαι μέλιτοc ἔcταζον ῥοαί.

At hoc loco Senecae desideramus mellis notionem. Quid uero? Nonne uerba 'dulces sucos' fere ad uerbum exprimunt γλυκείαc ῥοάc? Iam μέλιτοc transfer addito adiectiuo aliquo et habes uerba Senecae:

conbibit dulces humus alta sucos
roscidi mellis niueique lactis
candidos fontes

(cf. Verg. ecl. III 30 'roscida mella'). Lactis autem fontes aperte sunt γάλακτοc ἑcμοί. Vltimum strophae uersum alcaicum fuisse:

et mixta odoro lesbia cum thymo

iam nemo puto librariorum uel editorum nobis persuadebit. Accedunt autem aliunde suspitiones grauissimae. Vina enim ex humo Naxi insulae procreata cur lesbia uocantur? et quid sunt uina thymo mixta? quae fortasse aliquo modo dici possunt redolere thymum, ut odor uini thymo comparetur, at nullo modo mixta esse cum thymo. Quamquam omnino non ad uinum poetae referre solebant thymum, sed ad mella; sic Ouidius met. XV 80 'nec mella thymi redolentia flore', Vergilius Aen. I 436 'redolentque thymo fragrantia mella.' De uinis uero thymo conditis nemo sane cogitabit hoc loco. Versum igitur illum, cum nulla parte stare possit, apparet miserrime consutum esse ex corruptis genuinae scripturae relliquiis. Pristinam autem horum canticorum condicionem iam antiquissimo tempore turbatam esse cum omnium codicum docet consensus tum folia palimpsesta a F. Ritschelio in Plauti codice Ambrosiano reperta (cf. parerga Plaut. I p. 251. 305. 306), quae primos huius cantici uersus amplectuntur non minus corruptos quam ceteri libri. Vnde suspicari licet uersus iam decurtatos in archetypo, quem ueri simile est non nulla praestitisse folia igni uel alia labe affecta, post ab ignaris grammaticis ita tractatos esse, ut relicta uersuum frustula male redigerent in cuiuslibet metri speciem. Quo uero magis prauam sedulitatem exercuere illi, eo nos difficilius id quod uerum est assequimur. Quare restituendis ultimis strophae uersibus supersedemus.

Lacunis et corruptelis genuinam carminis formam obscuratam esse sententiarum docemur defectu et exemplaris euripidei comparatione. Itaque quoniam argumentis e rerum metricarum obseruatione petitis strophicam fuisse carminis formam probauimus, ubicumque aut uitiati aut decurtati exhibentur uersus in codicibus, ibi aut corruptelas aut lacunas statuamus necesse est.

Sequentibus uersibus Ariadnae aditus in caelum enarratur, quem peculiari stropha absoluit poeta. Codices autem hos praebent uersus:

Ducitur magno noua nupta caelo
solemne Phoebus carmen
infusis humero capillis
cantat et geminus cupido
concutit taedas
telum deposuit Iuppiter igneum
oditque Baccho ueniente fulmen.

Relictus est primus sapphicus integer, tres alii facile restituendi:

cantat infusis humero capillis,
concutit taedas geminus cupido,

ubi turbas mouerat uox 'cantat' a pristina sede in proximum uersum deiecta,

odit *et* Baccho ueniente fulmen.

Inmixtus est sapphicis asclepiadeus iam a Swoboda emendatus:

Iuppiter telum posuit *coruscum*,

coruscum enim fulmen Iouis appellare solebant poetae (cf. Bentleius ad Hor. c. III 4, 44): hac fabula u. 1028 'non si ipse mundum concitans diuum sator c o r u s c a saeua t e l a iaculetur manu.' Phaed. 156 'quid ille qui mundum quatit uibrans c o r u s c a fulmen Aetnaeum manu?' 'igneum' glossa est, quae ubi in textum inrepsit asclepiadeus facile potuit componi. Restant uerba 'solemne Phoebus carmen', non unius sed duorum uersuum relliquiae. Reputantibus autem quid potissimum intercidisse putemus maxime arridet Peiperi coniectura suspicantis hemistichium fuisse sapphici

igne sollemn*i* —

nam aptissima est hoc loco ignis nuptialis commemoratio; cetera (nam possunt multa excogitari) sic adimplere libet exempli causa:

citharamque Phoebus
carmen *auratam feriente plectro*.

Iam ea quae ad nuptiarum descriptionem pertinent adscribimus in ordinem redacta:

Naxos aegaeo redimita ponto
tradidit [*Bacchi*] thalamis relictam
uirginem [*cressam*] meliore pensans
[*coniugis*] damnum [*profugi*] marito.
pumice ex sicco [*feriente thyrso*]
Nyctel*i* *iussu* lat*ices* flu*ebant*. [16])

[16]) Ante ultimam stropham duae senorum uersuum agnoscendae uidentur esse. Cf. ea quae de priore carminis parte disputabimus.

Garruli gramen secuere riui,
conbibit dulces humus alta sucos
[*roscidi mellis*] niueique lactis
candidos fontes ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
et mixta odoro
lesbia cum thymo.

Ducitur magno noua nupta caelo
[*igne*] sollemn*i*, [*citharamque*] Phoebus
carmen [*auratam feriente plectro*]
cantat infusis humero capillis,
concutit taedas geminus cupido,
Iuppiter telum posuit *coruscum*
odit *et* Baccho ueniente fulmen
[*fronte serena.*]

Addidimus autem interceptam ultimae strophae clausulam: nam cum primae strophae adonius sit, ut statim uidebimus, ultima eo carere nequit (cf. p. 568). Derelicta nuptiarum descriptione ad primam carminis sapphici partem nos conuertimus, qua chorus Bacchi uirtutem bellicam laudibus persequitur. Adonius u. 74 legitur 'uertice summo', ubi cum aduocato uersu proximo finiatur sententia, statuendus est strophae finis. Hos uersus in codice florentino sic descriptos esse uidimus a prima manu:

sensere terrae zalacum feroces
et quos uicinus Boreas ferit
rigido fluctu
quasque despectat uertice summo
sidus arcadium
geminumque plaustrum

ubi post uerba 'rigido fluctu', cum ad Boream referri nequeant, in propatulo est non nulla omissa esse. Lacunam ex parte compleuit corrector florentini, ex codice quodam uolgari haec addens in margine:

alluit gentes
arua mutantes
quasque maeotis
frigido fluctu

cum textu ita iungenda:

et quos uicinus Boreas ferit
arua mutantes
quasque maeotis
alluit gentes
rigido fluctu —

'rigido' enim scriptum est a prima manu. Primus uersus praeter uocabulum initio positum numeros prodit sapphicos:

— ⏑ — terrae Zalacum feroces,

Ergo 'sensere' deprauatum credemus e uocabulo cretico. Quod si qui conicient fuisse 'senserunt' correpta paenultima, eis aegre assentiar. Neque enim puto syllabam contractam corripuisse Romanos; et quotquot inueni huius prosodiae exempla, excepto uno quod Horatius epod. IX 17 in iambico uersu admisit: 'ad hoc frementes uerterunt bis mille equos', et altero apud Octauiae praetextae auctorem in anapaestico u. 294 'hac expulerunt urbe superbos', in uersibus dactylicis locum habent (notus est uersus uergilianus: 'obstipui steteruntque comae et uox faucibus haesit' Aen. II 774. III 48. Praeterea ecl. IV 61 'matri longa decem tulerunt fastidia menses', georg. III 283 'miscueruntque herbas et non innoxia uerba', qui uersus redit interpolatus georg. II 129; fuerunt georg. IV 393 'quae sunt, quae fuerunt.' Horat. sat. I 10, 45 'Vergilio annuerunt', epist. I 4, 7 'di tibi diuitias dederunt', Tib. II 3, 12 'nec citharae intonsae profueruntque comae', IV 5, 4 'seruitium et dederunt', Prop. II 3, 25 'haec tibi contulerunt caelestia munera diui', Ouid. her. VII 166 'nec steterunt in te uirque paterque meus', fast. II 502 'horrueruntque comae', I 592 'contigerunt', III 65 'ut genus audierunt', her. XII 71 'noscis, an exciderunt mecum loca?' XIV 72 'expulerunt somnos', am. II 1, 22 'mollierunt', III 5, 2 'terruerunt animum.' Fortasse a. am. III 405 'cura deum fuerunt olim regumque poetae: praemiaque antiqui magna tulere chori', ubi Merkelius et L. Muellerus ediderunt 'fuerant', rem. am. 263 'quid tibi profuerunt, Circe, Perseides herbae?' Stat. Theb. III 302 'exciderunt', V 274 'absciderunt', fortasse XII 167 'sic fatus et illis horruerunt [ed. -ant] lacrimae, stupuitque immanis eundi impetus'). Quae cum ita sint, poetam plusquamperfecto usum 'sense*rant*' scripsisse puto.

Sequitur tetrameter dactylicus 'et quos uicinus Boreas ferit', non ferendus ille inter sapphicos. Reponendum esse initio uersus 'quosque' suadet membrorum sequentium comparatio particula 'que' adiunctorum: 'quasque Maeotis', 'quasque despectat'. Sed ultimum uocabulum 'ferit' unde corruptum sit nondum me inuenisse fateor. Verba proxima 'arua mutantes' prius efficiunt sapphici membrum. Desideramus autem populi notionem, qui arua mutasse dicitur. Quod cum sciamus facere solitos esse Scythas, haud inepte cum Swoboda reponas:

arua mutantes *populos Scytharum.*

Sequentes uersus ad numerum sapphicum facile sic reuocamus:

quasque Maeotis ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
adluit gentes rigido flu*ento*
quasque despectat ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
Arcadum sidus geminumque plaustrum
uertice summo.

'fluento' Swoboda scripsit loco uocis 'fluctu', quae glossa uidetur esse, et idem satis commode expletas proposuit lacunas: 'quasque Maeotis *pharetra superbos*', 'quasque despectat *glacialis ursa*', ut haec sit restitutae strophae effigies:

Sense*rant* terrae Zalacum feroces
quosq*ue* uicinus Boreas *ferit*
arua mutantes [*populos Scytharum*],
quasque Maeotis [*pharetra superbos*],
adluit gentes rigido flu*ento*,
quasque despectat [*glacialis ursa*]
Arcadum sidus geminumque plaustrum
uertice summo.

Proxima stropha Geloni commemorantur et Amazones domitae:

Ille dispersos domuit Gelonos,
arma detraxit trucibus puellis,
ore deiecto petiere terram
— ⏑ thermodontiacae cateruae
— ⏑ — — — positisque tandem
Maenades factae leuibus sagittis.

Sic enim codices, nisi quod ultimi uersus hemistichia inuerso ordine exhibentur. Genuinam formam hanc conicio fuisse:

Ille dispersos domuit Gelonos,
ille detraxit trucibus puellis
arma, deiecto petiere terram
ore thermodontiacae cateruae
[*supplices Bacchi*], positisque tandem
Maenades factae leuibus sagittis.

cf. Agam. 342 'supplexque tui numinis'.

Tertiae strophae miserae supersunt relliquiae, de quibus paulo fusius est dicendum. Ac primum uerba

sacer Cithaeron sanguine undauit
*am*phioniaque caede

non dubium est quin ad mortem Penthei regis referenda sint, a matre bacchante in Cithaerone dilacerati. 'amphioniaque' scribendum duxi cum Iacobo Gronouio pro 'ophioniaque', nam Ophionem Cadmi comitem uereor ne sibi finxerint interpretes. Cf. u. 179 'amphionios ululasse canes' pro 'thebanos'. Sed qui factum sit ut Cithaeron sanguine undaret paulo clarius indicari debebat, quare cum uel ex metro colligas orationem esse mancam, non nulla ueri simile est intercidisse, quibus ipsius Agauae facinoris mentio fieret. [17])

[17]) Supplementa confingi possunt uaria, uelut tale:

Secuntur haece:

Proetides siluas petiere et Argos
praesente Bacchum coluit nouerca.

Proetidum furorem commemorant e poetis romanis Ouidius et Vergilius, quorum ille met. XV 326 eas narrat ab Amythaonis filio, i. e. Melampode, 'per carmen et herbas' ab insania liberatas esse, de insaniae caussa nihil addens (cf. Plin. n. h. XXV 5, 21 'ab hoc [i. e. Melampode] appellatur unum hellebori genus Melampodion. aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pasto illo animaduertentem, datoque lacte earum sanasse Proetidas furentis'), hic ecl. VI 48 uersu 'Proetides inplerunt falsis mugitibus agros' ad fabulam spectat illam, qua illas traditur ab irata Iunone in talem furorem actas esse, ut uaccas se crederent et in siluas confugerent (cf. Seruius ad l. c.). Quam fabulae uersionem nemo ad Senecae locum referet, nam quid Iunonis facti commemoratio in carmine ubi ad Bacchum spectant omnia?

Sed credebatur etiam Proetidibus furor ille inmissus esse a Baccho, quod eius cultum non recepissent. Vtramque fabulam commemorat Apollodorus II 2, 2, 2: αὗται (scil. Proetides) δὲ ὡς ἐτελειώθηςαν, ἐμάνηςαν, ὡς μὲν Ἡσίοδός φηςιν, ὅτι τὰς Διονύςου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο, ὡς δὲ Ἀκουςίλαος λέγει, διότι τὸ τῆς Ἥρας ξόανον ἐξηντέλιςαν κτλ., unde Hesiodum docemur Proetidum insaniam ad Bacchum rettulisse. Et extat eius fragmentum huc spectans apud Eustathium ad Od. ν p. 1746 (coll. ad Il. Ω p. 1337): κνύος δὲ τὴν φθορὰν κατὰ γένος οὐδέτερον. Ἡρωδιανὸς φέρει καὶ χρῆςιν ἐκ τοῦ παρὰ Ἡςιόδῳ καταλόγου περὶ τῶν Προιτίδων·

καὶ γάρ ςφιν κεφαλῆςι κατὰ κνύος αἰνὸν ἔχευεν·
ἄλφος γὰρ χρόα πάντα κατέςχεθεν, ἐκ δέ νυ χαῖται
ἔρρεον ἐκ κεφαλέων, ψίλωτο δὲ καλὰ κάρηνα.

Cf. Etym. M. p. 523, 8 et Suidas s. u. μαχλοςύνη· Μαχλοςύνη, κατωφέρεια, γυναικομανία. Ἡςιόδειος ἡ λέξις· λέγει γὰρ περὶ τῶν Προίτου θυγατέρων·

εἵνεκα μαχλοςύνης ςτυγερῆς τέρεν ὤλεςαν ἄνθος.

Hanc igitur fabulam amplexus est Seneca. Neque uero ita rem absoluere potuit, ut nullam furoris mentionem iniceret, quare ante uerba 'Proetides siluas petiere' unum uel plures uersus olim fuisse pro certo habemus.[18]) Vt uero quae ante illa uerba posita erant nunc omissa sunt, ita ea quae secuntur deprauata.

In codicum scriptura 'praesente Bacchum coluit nouerca' dudum offenderunt editores, qui aut 'praesentem' aut, quod Fabricius coniecerat, 'praesidem' in textum recepto sententiam uerborum eam esse uoluerunt, ut ultionem a Proeti filiabus repetitam adeo gratam Iunoni fuisse dicerent, ut reconciliata deinceps priuigno faueret. Quod iure improbauit Gronouius, cum non in Iunonis gratiam sed proprio dolore commotus Proetidas in furorem egerit Bacchus, recte in uniuersum uerba poetae sic interpretatus: 'ipsi Argini, tam manifesto numine Bacchi commoti, quamuis peculiari Iunonis in tutela essent, eamque nouercam scilicet illius praesentem haberent, nihil offensam deae ueriti coluere et ipsum honoremque ei habuere.' Nisi quod male defendit uerba 'praesente nouerca', quae id non exprimunt quod sententia flagitat, i. e. 'quamuis Iunoni potissimum Argos sacra esset.' Accedunt numeri uiolati. Quas difficultates uideo feliciter Swobodam soluisse, qui in emendanda prima uoce Fabricium secutus ultima uerba hunc in modum restituit:

praes*idem* Bacchum col*it*, *urbs nouercae*.

numinis laesi miserandus iras
enthea sensit genetrice caesus.
sanguine undauit sacer *hinc* Cithaeron

uel uno uersu:

occidit Pentheus genetrice caesus.
sanguine e. q. s.

[18]) Sufficit unus ad explendam sententiam. Swoboda scripsit:
ecce lymphatae, scelerata turba,
Proetides e. q. s.

Iam uero cum omnes praeter primam stropham et ultimam senorum uersuum fuisse probabile sit, idem numerus huic quoque concedendus uidetur esse:

— ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
sanguine undauit sacer [*hinc*] Cithaeron
— ⏑ — ophioniaque caede.
— ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
Proetides siluas petiere et Argos
praes*idem* Bacchum col*it*, *urbs nouercae*.

Denique dubitari potest de adoniis. Certum adonium non inuenimus nisi primae strophae in fine, unde ultimae quoque hunc uersum inponendum esse ex eis apparet quae p. 568 de adonii usu exposuimus. In ceteris strophis nullum eius uestigium. Haec igitur carminis forma:

7 + ad. 6 6   6 6 7 + ad.

Res uero tractatas sic per singulas strophas poeta disposuit:

α	β
deus bellator et uindex	deus nuptias celebrans
str. I—III	str. IV—VI
str. I commemorantur gentes a Baccho subactae	str. IV Ariadna in matrimonium ducitur
str. II Geloni, Amazones	str. V Naxi nuptiae celebrantur
str. III supplicia de Pentheo et Proetidibus sumpta	str. VI noua nupta in caelum recipitur.

Superest ut totius cantici aliqua ex parte emendati subiciamus imaginem.

A Effusam redimite comam mutante corymbo,
mollia nysaeis armatae bracchia thyrsis.

Lucidum caeli decus [*o Lyaee*]
huc ades uotis ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
Thebae Bacche tuae quae tibi nobiles
palmis supplicibus ferunt.

Huc aduerte fauens uirgineum caput,
uultu sidereo discute nubila,
et tristes Erebi minas
[*pelle*] auidumque fatum.

3 Hor. c. saec. 1 Phoebe siluarumque potens Diana, *lucidum caeli decus*. Ou. met. IV 18 tu formosissimus alto conspiceris caelo. — 4 Tib. I 7, 49 *huc ades*. Stat. silu. II 7, 120 rogant Ismenides: *adsis*. — 7 Ou. met. IV 19 tibi cum sine cornibus adstas, *uirgineum caput* est. — 8 Stat. Ach. II 134 quas tibi *sidereis* diuarum *uultibus* aequas sors dedit. Val. Fl. Arg. IV 190 donec *sidereo* Pollux interritus *ore*. id. II 104. Ou. met. XI 445. XV 31. 665.

a Te decet cingi *madidos capillos*
floribus uernis, hederaue mollem
baccare et festo religare frontem,
te caput *tyria* [19]) cohibere mitra,
spargere effusos sine lege crines,
rursus adducto re*uo*care nodo.

a Qualis iratam metuens nouercam
creueras falsos imitatus artus
crine flauenti simulata uirgo,
lutea uestem retinente zona.
inde tam molles placuere cultus
et sinus laxi fluidumque syrma.

b Vidit aurato residere curru,
ueste cum longa regeres leones,
omnis eoae plaga uasta terrae
qui bibit Gangem niueumque quisquis
frangit Araxen.

B Te senior turpi sequitur Silenus asello
turgida pampineis redimitus tempora sertis,
condita lasciui deducunt orgia mystae.

a Te Bassaridum comitata cohors
nunc edon*i pede* pulsauit
sola Pangaei, nunc threicio
uertice Pindi,

a Nunc cadmeas inter matres
impia maenas comes ogygio
uenit Iaccho, nebride sacra
praecincta latus.

b Tibi commotae pectora matres
fudere comam thyrsumque leuem
uibrante manu.

b Iam post laceros Pentheos artus
thyades oestro membra remisso
uelut ignotum uidere nefas.

11 sqq. cf. Eurip. Bacch. 828—835. — 11 Cat. LXI 6 *cinge* tempora *floribus*. Ou. fast. VI 483 Bacche racemiferos *hedera redimite capillos*. id. III 767 — 13 Verg. ecl. VII 27. IV 19. — 25 sq. Ou. fast. III 465 interea Liber depexos crinibus Indos uicit et *eoo* diues ab orbe redit. Verg. georg. II 114 adspice et extremis domitum cultoribus orbem *eoasque* domos Arabum pictosque Gelonos. Ou. met. IV 20 oriens tibi uictus adusque decolor extremo qua tinguitur India *Gange*. fast. III 729 te memorant *Gange* totoque oriente subacto primitias magno seposuisse Ioui. — 28 Ou. fast. I 309 uenerat et *senior* paulo *Silenus asello*. 433 ecce rudens rauco *Sileni* uector *asellus*. III 749. VI 339. met. IV 25 sqq. — 29 Ou. met. IX 239 *redimitus* pocula *sertis*. — 31 Pers. I 100. — 35 sqq. Sen. Phoen. 15 sqq. Ou. met. III 511 sqq. — 37 Ou. met. IV 6 pectora pelle tegi. — 40 sqq. Ou. fast. VI 413 complent ululatibus auras *Thyiades effusis* per sua colla *comis*. — 42 Ou. met. III 701 sqq. IV 22. fast. III 721. Hor. c. II 19, 14. — 43 Sen. Phoen. 23 sqq. Ou. fast. VI 485 sqq. 523 'quid petis hinc?' cognorat enim, '*matertera Bacchi*.'

[19]) Fortasse legendum 'te caput *picta*'. cf. p. 564.

C Ponti regna tenet nitidi matertera Bacchi
Nereidumque choris cadmeia cingitur Ino,
ius habet in fluctus [20]) magni puer aduena ponti
cognatus Bacchi numen non uile Palaemon.

a Te tyrrhena, puer, rapuit manus.
at timidum Nereus posuit mare,
caerula cum pratis mutat freta.

a Hinc uerno platanus folio uiret
et Phoebo laurus carum nemus,
garrula per ramos auis obstrepit.

b Viuaces hederas remus tenet,
summa ligat uitis carchesia.

b Idaeus prora fremuit leo,
tigris puppe sedet gangetica.

b Tum pirata freto pauidus natat
et noua demersos facies habet:

a Bracchia prima cadunt praedonibus,
paruula dependet lateri manus,
inlisumque utero pectus coit.

a Et dorso fluctum curuo subit,
lunata scindit cauda mare
et sequitur *curuus* [21]) fugientia
carbasa delphin.

D Diuite Pactolos uexit te lydius unda,
aurea torrenti deducens flumina ripa,
laxauit uictos arcus geticasque sagittas
lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet,
regna securigeri Bacchum sensere Lycurgi;

a Senser*ant* terrae Zalacum feroces
quosq*ue* uicinus Boreas *ferit*
arua mutantes ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
quasque Maeotis ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
adluit gentes rigido flu*ento*
quasque despectat [*glacialis ursa*],
Arcad*um* sidus geminumque plaustrum
uertice summo.

47 Ou. l. c. 546 in *portus* nato *ius erit* omne tuo. — 48 Ou. met. IV 542 Leucotheeque deum cum matre *Palaemona* dicit. fast. VI 547. 501. — 49 sqq. Ou. met. III 660 sqq. IV 23 *tyrrhenaque* mittis in aequor *corpora*. fast. III 723 sqq. ecce libet subitos pisces *tyrrhenaque monstra* dicere e. q. s. — 55 Ou. met. III 664 *impediunt hederae remos*. — 58 Ou. l. c. 668 quem circa *tigres* (iacent). — 61 ibid. 680 *bracchia* non habuit truncoque repandus in undas corpore desiluit. — 62 ibid. 677 *in spatium resilire manus breue* uidit et illas iam non esse manus, iam pinnas posse uocari. — 65 ibid. 681 *falcata* nouissima *cauda* est qualia dimidiae sinuantur *cornua lunae*. — 66 Prop. III 15, 25 *curuaque* tyrrhenos *delphinum corpora* nautas in uada pampinea desiluisse rate. — 71 Stat. Achill. I 307 *lactea Massagetae* ueluti cum *pocula* fuscant *sanguine* puniceo. — 72 Ou. met. IV 22 *bipenniferumque Lycurgum*. Hor. c. II 19, 16. — 73 sqq. Ou. fast. III 719. 720.

[20]) Fortasse legendum 'ius habet in *portus*' secundum Ouid. l. c.
[21]) Fortasse scribendum 'et sequitur *pandus*' coll. Ouid. met. III 680. cf. p. 562.

b Ille dispersos domuit Gelonos,
[*ille*] detraxit trucibus puellis
arma, deiecto petiere terram
ore thermodontiacae cateruae
— ⏑ — — — positisque tandem
Maenades factae leuibus sagittis.

b — ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
sanguine undauit sacer [*hinc*] Cithaeron
— ⏑ — *am*phioniaque caede.
— ⏑ — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
Proetides siluas petiere, et Argos
prae*sidem* Bacchum col*it*, *urbs* nouercae.

b Naxos aegaeo redimita ponto
tradidit — — thalamis relictam
uirginem — — meliore pensans
— ⏑ — damnum ⏑ ⏑ — marito.
pumice ex sicco [*feriente thyrso*]
Nyctel*i iussu* lat*ices* flu*ebant*.

b Garruli gramen secuere riui,
conbibit dulces humus alta sucos
— ⏑ — [*mellis*] niueique lactis
candidos fontes ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
et mixta odoro
lesbia cum thymo.

a Ducitur magno noua nupta caelo
[*igne*] sollemn*i* ⏑ ⏑ — ⏑ Phoebus
carmen — — — ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑
cantat infusis humero capillis,
concutit taedas geminus cupido,
Iuppiter telum posuit *coruscum*
odit *et* Baccho ueniente fulmen
— ⏑ ⏑ — ⏑

E Lucida dum current annosi sidera mundi,
oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem,
lunaque demissos dum plena recolliget ignes,
dum matutinos praedicet Lucifer ortus
altaque caeruleum dum Nerea nesciet arctos:
candida formonsi uenerabimur ora Lyaei.

---

ibid. 729. — 84 Prop. IV 14, 14. Ou. met. IX 189. XII 611. — 88 cf. ad u. 42. — 91 Verg. ecl. VI 48. — 93 Cat. LXIV 52 sqq. 250 sqq. Ou. fast. III 460 sqq. — 87 sqq. Eurip. Bacch. 142 sq. 740 sqq. Hor. c. II 19, 9 sqq. Ou. met. I 111. fast. III 735. — 93 sqq. Hom. Od. XI 320—324. Hesiodi theog. 947 sq. Eurip. Hipp. 339. Paus. I 20, 2.